## NORME CIRCA LA CELEBRAZIONE DELLA MESSA "IN CENA DOMINI"

*La Nunziatura Apostolica in Italia, con lettera n.279/70 del 17.3.1970 ha trasmesso i seguenti documenti, già notificati a suo tempo a tutti i Vescovi d'Italia.*

SACRA CONGREGATIO DE SACRAMENTIS - PROT. N. 523/69 - ROMAE DIE 10.III.1970
Eminentissimo Domino Praesidi Conferentiae Episcopalis de Italia.

Eminentissime Domine,

De mandato Ss.mi Domini Nostri Pauli Papae VI Congregatio haec quasdam confecit normas quoad Missae celebrationem atque concelebrationem feria V in Cena Domini.

Honori mihi est documentum Tibi remittere pro norma istius Conferentiae Episcopalis cui Eminentia Tua praeest.

Haec dum renuntio, quo par est obsequio, me libenter profiteor Eminentiae Tuae Reverendissimae addictissimum,

J. CASORIA, *Secr.* A. CARD. SAMORÉ, *Praef.*

---

Diligenti examini subiectis plurium Ordinariorum precibus, qui ab hac Sacra Comgregatione petierunt ut facilior redderetur participatio Celebrationi eucharisticae, feria V in Cena Domini, ad Communionem paschalem eo die sumendam, haec Sacra Congregatio, de mandato Ss.mi Domini Nostri Pauli Papae VI, ea quae sequuntur statuit:

1.- Ubi ratio pastoralis id postulet, loci Ordinarius permittere poterit ut, praeter Missam principalem "In Cena Domini", altera Missa celebrari valeat, horis vespertinis, in ecclesiis aut oratoriis publicis et semipublicis. In casu autem verae necessitatis, concedere poterit ut haec Missa etiam horis matutinis celebretur sed tantummodo pro fidelibus, qui nullo modo Missam vespertinam participare valeant; caveatur tamen ne huiusmidi celebrationes in bonum privatorum fiant, et ne praeiudicio sint Missae vespertinae principati.

2.- Sacerdotes, qui in Missa chrismatis aut ad utilitatem fidelium iam celebraverint, denuo concelebrare valent in Missa vespertina.

Datum Romae, die 10 Martii 1970.

## PRECISAZIONE CIRCA I RITI DELLA SETTIMANA SANTA

*Si riporta per documentazione il testo del comunicato-stampa, diramato il 20.3.1970 dalla Segreteria Generale.*

In seguito alla pubblicazione, da parte di una Editrice, dell'opuscolo "*La Settimana Santa*", con l'inserimento di nuovi riti, presentati speciosamente come permessi "nelle diocesi che ne hanno ottenuto l'indulto", alcuni Rev.mi Ordinari d'Italia hanno chiesto come regolarsi in proposito.

La Commissione Episcopale per la Liturgia, con riferimento alla lettera della Sacra Congregazione per il Culto Divino, diretta ai Presidenti delle Conferenze Episcopali (n. 80/70 del 12 gennaio 1970, pubblicata sul "Notiziario della C.E.I.", n. 1 del 30 gennaio 1970, pag. 9), e' in grado di comunicare che per quest'anno nei riti della Settimana Santa *nihil innovetur*, eccetto l'uso del nuovo Lezionario e l'esperimento, gia' autorizzato lo scorso anno, del nuovo rito della Veglia pasquale.